



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

Pulchra relatio Abbatis Andreae de decem viris per egrinantibus, inter quos
fuit & adolescens Hæbræis. Capvt CLXXVI.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

1 Oratio cum lachrymis.

2 Ecce quomodo Sancti in Dei lumine sciunt que circa nos aguntur.

Pulchra relatio Abbatis Andrea de decem viris peregrinantibus, inter quos fuit & adolescens Hebraus.

CAPVT CLXXVI.

ABBAS Andreas Octavi decimi, cum essemus in Alexandria, narrauit nobis dicens: Cum essem iuuenis indisciplinatus valde, & inquietus fui. Die ergo quadam persecutione passi pro nostra inquietudine, fugimus in Palaestinam ego, & nouem alij: inter quos vnus quidam erat Industrius, alius autem Hebraus. Cum ergo venissemus in eremum, infirmatus est Hebraus vsque ad mortem, & Deo teste, in magno mœrore constitui eramus, nescientes quid illi faceremus. Veruntamen vt est consuetudo socialis charitatis, non illum deseruimus, sed vnusquisq; nostrum pro viribus tolerabat eum, volentes vel in ciuitatem, vel in emporium illum ducere, ne moreretur in eremo. Cum verò adolescens ex inedia, & vehementissima febre, immoderatoque labore, & siti, præ solis æstu, totus iam ferè resolutus esset, atque deficeret, propinquans ad exitum, neque portari posset, decreuimus cum multis lachrymis illum dimittere in eremo, & abscedere, metuentes ne nos ipsi quoque siti deficeremus. Cum igitur illum in arena plorantes posuissemus videretque nos abire velle, cœpit nos adiurare dicens: Per Deum, qui fecit cœlum, & terram, per Deum, qui inclinauit cœlos, & descendit pro salute humani generis, per Deum qui iudicaturus est viuos, & mortuos, nolite pati, vt
Hebraus

Hæbræus moriar, sed tanquam Christiani sic
 mecum misericordiam, & baptizate me, vt Chri-
 stianus de hac vita exeam, & ad Dominum pe-
 gam. Nos verò dicebamus ei: Verè, frater, non li-
 cet nobis hoc facere, seculares enim sumus; hoc au-
 tem Episcoporum, & Presbyterorum opus est, sed
 neque aqua hîc est. Ille verò persistebat similiter
 adiurans nos, & plura etiam cum lachrymis ad-
 iiciens, ac dicens: Nolite, Christiani, me priuare
 hoc diuinitus indulto munere. Cum ergo in ma-
 gna hêsitatione essemus, industrius ille diuinitus
 inspiratus ait nobis: Erigite illum, & exuite. Ere-
 ximus itaque cum magno labore illum, erectumq;
 tenentes exuimus. Industrius autem ille implens
 ambas manus suas arena, tertio effudit super cap-
 eius dicens ita: Baptizatur Theodorus in nomine
 Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Nobis verò per sin-
 gula respondentibus, Amen (Dominus Deus tes-
 tis est, fratres) ita continuo sanauit, & corrobora-
 uit eum Christus Deus noster, vt nullum iam in eo
 pristinae infirmitatis remaneret indicium; vel
 qualiscunq; passionis; sed sanus, & valens cum om-
 ni alacritate, & florido aspectu, quod reliquum
 erat itineris per eiremum ambulauit semper nos
 præcedens, ita vt admirantes talem, & tam sub-
 tam mutationem, omnes laudauerimus, & glori-
 ficauerimus ineffabilem maiestatem, & benigni-
 tatem Christi Dei nostri. Venientes autem Alca-
 lonem, adduximus eum ad beatum, ac sanctum
 Dionysium eius vrbis Episcopum, narrantes que
 fratri in via contigissent. Quibus auditis, sanus,
 admirandusq; Dionysius, stupens ad tantum
 uum, inauditumq; miraculum, conuocato cleo
 exposuit ei totum negocium, vt decernerent, &
 trum effusio illa arenae reputanda esset fratri in
 bapuf

baptismum, an non? Et alij quidem dicebant, debere reputari illi in baptismum propter inauditam miraculi magnitudinem; alij verò dicebant: Non. Theologus quippe Gregorius omnia baptismata dinumerat; Baptizabat, inquit, Moyses, sed in aqua, & antea in nube, & in mari. Baptizavit & Ioannes non iam quidem Iudaicè, non enim in aqua solum, sed & in pœnitentiâ. Baptizat autem & Iesus, sed in Spiritu sancto. Istud perfectio est. Scio & quartum baptismum per martirium, & sanguinem. Scio & quintum, lachryarum scilicet. Hæc illè. Quo igitur horum illi inquebant, iste baptizatus est, vt etiam ipsius baptismata roboremus, maximè cum Dominus ad Nicodemum dicat: Nisi quis natus fuerit denuo ex aqua, & spiritu, non intrabit in regnum Dei: His alij contradicebant sic: Quid ergo? Quia scriptum de Apostolis non est, quod baptizati sint, idcirco non intrant in regnum Dei? Alij rursus econtra inferebant dicentes: Itaque illi baptizati sunt, sicut & Clemens Stromatheus meminit in quinto Hypotyposeon. Apostolicum enim illud dictum exponens, quo dicitur: Gratias ago, quia neminem vestrum baptizavi: Christus, inquit, dicitur Petrum solum baptizasse Petrus Andream, Iacobum, & Ioannem; illi autem reliquos; Hæc igitur & alia plurima cum dicta essent, visum est beato Dionysio mittere fratrem illum ad sanctum Iordanem, illicque ¹ baptizari. Industrius autem illum ² ordinavit diaconum.

¹ Quia non fuerat hic rite baptizatus respectu materiæ, iussit Episcopus iterum baptizari.

² Vides quod Episcopus hunc ordinavit diaconum non magistratum de consensu plebii.